

rant, quae antea non apparuerant. Neque minus maxime congrua est haec lex una cum patrum sententia mandato beneplacitoque Diuino, qui, etiamsi mandauerit, ut ille morte puniretur, h) qui effunderet sanguinem fratris sui, nulla tamen alia ex causa Israelitis paecepit, i) ut sex in ipsorum regionibus exstruerent asyla, que homicida a vindicta et persecutione **שָׁלֹגְוָאֵל הַרְמָם** *a indicis sanguinis* tutus et securus confugere possit, donec appareat num consulto an ex improviso illud commiserit homicidium.

POST RIDIE igitur ex omnium MAGISTRORVM sententia IUDICIVM CONDEMNATIONIS REI cuiusdam INSTITVENDVM ERAT. Sed licet tritum ille proverbum: k)  
SI VIS ESSE PIUS, ADDISCAS VERBA PATRVM, ET PIETAS DVCIT TE AD SPIRITVM SANCTITATIS non ignorarent IUDICES STEPHANI nostri: attamen iure iurando quasi inter se conuenerant, ut ne minimam quidem legem, cuius alioquin in casibus forensibus et criminibus maxime capitalibus memores fuerunt maiores eorum, in illo *condemnando* obseruare uellent. Nam quo propius in historia MARTYRIS huius enarranda ad supplicium ipsum accedimus, eo distinctius prauitatem et iniuriam IUDICIVM ipsius cognoscere nobis licet. IUDICES enim nequissimi non

conten-

h) Genesios Capite IX. uers. 6.

i) Numerorum Capite XXXV. uersu 6.

k) Euoluatur MAIMONIDIS Praefatio in Capitula Patrum fol. 208. col. 2.

**הִיא מִן דְבֻעַי לְמַהֲיוֹ חִסְרָא לְעֵין בְמַיּוֹ דְאָבוֹת וְחִסְרוֹת :**  
מִבְיאָה לִידֵי רוח הקדש: *ille, qui cupit uel quaerit esse pius, studear, et diligentius meditetur in uerbis patrum; et pietas est ducens ad Spiritum sanctum.*